



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

Qvæstio CXVII. Quæ ad eam precationem requiruntur, quæ Deo placeat,  
quæque ab ipso exaudiatur?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

**R E S P.** Primum, ut in omni vita magis magisq; agnoscamus, quanta sit naturæ nostræ ad peccandum propensio *a*, tantoque audius remissionem peccatorum & iusticiam in Christo expetamus. *b* Deinde, ut hoc perpetuo agamus, illud semper meditemur *c*, & gratiam Spiritus Sancti à Patre imploremus *d*, quo indies magis ad imaginem Dei renouemur, donec aliquando tandem, postquam ex hac vita dececerimus, propositam nobis perfectiōnem læti assequamur. *e*

*a* Rom. 3.20. *b* Rom. 4.15. *c* Rom. 5.13. *d* 20. *b*  
Rom. 10.3.4. *c* Deut. 31.11.12.13. *d* Psal. 19.4.  
5.33.34.35.36. *e* Cor. 13.9.10.1. Ioh. 3.2.

## DE PRECATIONE.

DOMINICA XLV.

### QVÆSTIO CXVI.

*Quare Christianis necessaria est  
Precatio?*

**R E S P.** Quia præcipua pars eius, quam Deus à nobis postulat, gratitudinis *a*. Tum quia illis tantum suam gratiam & Spiritum Sanctum Deus largitur, qui veris gemitibus continenter hæc ab eo petunt, & pro iis ipsi gratias a-  
gunt *c*.

*a* Ps. 50.14.15. *b* Deut. 4.19. *c* Mat. 7.7. *d* Luc.  
11.13. *e* Ps. 50.23.

### QVÆSTIO CXVII.

*Quæ ad eam precationem requiruntur,  
qua Deo placeat, quæque ab ipso ex-  
audiatur?*

**R E S P.** Ut à solo vero Deo, media-  
tè vel immediatè, qui se in verbo suo  
patefecit *a*, omnia quæ à se peti ius-  
fit *b*, vero cordis affectu petamus;  
ex intimo nostræ indigentiae ac mi-  
sericordiæ sensu *d*, nos in conspectu diui-  
nitatis maiestatis supplices abiiciamus *e*;  
huic firmo fundamento spei innita-  
musr, nos à Deo, quanquam indi-  
gnos, propter Christum tamen cer-  
to exaudiri, quemadmodum nobis  
in suo verbo promisit *g*, quantum salu-  
tinostræ conduxerit.

*a* Ps. 83.9. *b* Mat. 4.10. *c* Ioh. 5.14. *d* Thren.  
3.41. *e* Ps. 145.18. *f* Luc. 18.13. *g* Esra 9.6. *h* Dan.  
9.17.18. *i* Eph. 3.12. *j* Ioh. 14.13. *k* Ioh. 15.7. *l* Ioh.  
16.23.

### QVÆSTIO CXVIII.

*Quæ sunt ea, quæ à se peti  
inbet?*

**R E S P.** Omnia tum animæ tum  
corporis necessaria, quæ Dominus  
noster Jesus Christus eâ precatione,  
quam nos ipse docuit, complexus  
est.

### QVÆSTIO CXIX.

*Quæ est illa Precatio?*

**R E S P.**

